UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX:|| DE CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa restau-||randa, pristinoq́ue nitori || restituenda.||

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

S. Andreas Apostolvs Cornelio Schvltingio Canonico suo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63372

Visual Library

S. ANDREAS APOSTOLVS CORNELIO SCHVLTINGIO Canonico ſuo.

CORNELI patriæ delitium es tua,
Sicut Bethſaidæ gloria cum PETRO
Dicor fratre meo, Chriſtiadûm duce.
ANDREAE obſequijs perdius incubas
Et pernox, rubeo vellere præditus,
Collegis reliquis additus & choro.
Ex vſu Canonum viuere mos tibi:
Prudens ſimplicitas, & ſapientia
Simplex, ingenij eſt dos & amor tui:
Quamuis exuperas ingenio catum
Acri Mercurium, quod labor impigrè
Sudans condecorat dotibus optimis.
Mauis eſſe bonus, malo bonos ego,
Horis quam varios omnibus aſſeclas.
Exemplum reliquis ducis in optimum
Iſtud, ne vitijs dedita pectora
Faſtoſis, operum ſint & inania
Rectorum, & vitijs vſque ſcatentia.
Ignorare malum præſtat in omnibus,
Quàm poſtquam ſcieris, tale relinquere;
Id verò ingenio verius eſt tuo.
ANDREAE, meritis ſic cumula chorum,
Sanctorum chorus vt fiat & aſtricus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN